

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioann. Jonstoni|| Historiae Natvralis|| De|| Exangvibvs|| Aqvaticis|| Libri IV||

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCCLXVII.

VD18 90529022

Illustration: Tab. XIII. Echini quintum ganus Rond [...]

urn:nbn:de:gbv:45:1-11100



rent, formam quam proxime accidunt. *Echinophorae* aculei, quibus tota conspersa est, nomen indidere. Operculo, fucco, substantia, a parvo buccino non differt. *Cylindroides* pyramidem, refert, pyri modo turbinata, magnitudine pugni, et punctis variis subcastaneis notatur. *Laeve* *turbinae obtuso*, politam admodum Rondeletius facit. Testa est crassiore, carne minus dura. Frequentissime circa Levinum insulam capit. Hisce adde *Limacis marini* insolentem speciem, nec non Cochleam marinam aliam tuberosam, quorum Icones damus. *Umbilicum marinum* Bellonius lapidi rubro persimili tegumento rugoso et scabro occludi scribit, quodque solum inter Gallici Oceani turbinata politiem admittat. Rotundiori hiat ore, edulisque est. Clavicula earum herbarum more, quae se se arboribus alligant, a dextra

ad sinistram invertitur. Papaver in clavicula testae continetur. Rondeletio *Umbilici* vocantur, quod praeter foramen illud, quo cochleae axis inhaerent, quoque exerunt, alterum habeant umbilico admodum simile, quod profundum convolutionum veluti centrum est, vel circa quod anfractus Cochleae convolvuntur, veluti circa περικλανον.

Duos in primis apud Rondeletium habemus, quorum prior, superiore parte latior, mox in turbinem definens, nigris, rubris, et albis tuberculis, corallorum omnium colorem et naturam referentibus, distinguitur: alter ciceris magnitudine, qui in spongeis reperitur, veluti granulis rubri coralli aemulis confervis est. Inter umbilicum et foramen quo corpus exerit, testam incisam habet, incisae operculi vice sunt.

ARTICVLVS IV.

De Echinis.

TAB. XIII. **E**CHINVS, quem quidam cum multis promiscidibus instructi, a fluentibus volutari non possint.
Aldrov.
l.3. c. 40.
Nomen.
Descriptio.

Echeneide pisce perperam confundunt, Graecis ἔχινος, vel απὸ τῆς ἔχειν εἰστέ τῶν σαρκῶν ἀφανῶν θοῶν, vel απὸ τῆς μη δύνασθαι ἔχειν διὰ τὰς αὐξάνθας ὁ ἐστιν ὁ αὐξάνετος, quod teneri ob aculeos non possit, dicitur. Quidam Carduum marinum, nec non Erinaceum vocant. Spinofus ergo est pisces. Mirum est, quod de iis Aristoteles reliquit. Eorum scilicet corporis partes dissectas coire rursus et redintegrari. Idem apud Aelianum et Philen invenies. Spinae ipsis pro pedibus sunt: his ingrediuntur et volvuntur in orbem. Hinc eos saepe detritis aculeis invenias, quod Aristoteles et Plinius prodidit. Agilius et celerius moveri qui sunt cibo idonei, vel exinde colligas, quod semper aliquid algae suis implexum spinis gerant. Imminente tempestate se affigere aut harena saburrare, ne a fluentibus excuterentur, inde procellarum nautis praesagia, ab Oppiano, Plutarcho et Plinio creditum: at Bellonius frustra hoc credi prodidit, quod

Usus.

Sunt ex illis quidam ἀβρωτοί, seu cibo inepti; sunt tamen quorum et in *Edulis usus* est. Nullo enim tempore ovis carent, ut Aristoteles prodidit: maxime tamen plenilunii diebusque tepidis pleniores redduntur, eos si excipias, quos Pyrrhaeus fert Euripus, qui hybernis mensibus meliores censemur. Exiguum illudque *Galen. l. de humidum nutrimentum praebeant, attenuante vietū.* Mnesitheo authore, sed quod Galenus stomacho commodum esse existimat. Ventrem dejicere, omnes ferre scriptores annotarunt; magis eos qui circa Cephaleniam, Icariam, et Hadriam nascuntur, quia amarescent minus, rubicundos, melinos, crafiores, et qui cum raduntur, lacteum quiddam emitunt. Plinius Secundus jus eorum multis verbis commendat, quo vocabulo aquam internam esse intelligendam, Gesnerus putat. Laco apud Athenaeum unum in os immisum una cum testa dentibus comminuit: nostri, inquit. Dalechampius